

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum habeat rationem meriti, vel demeriti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. XXI.

artifex in quantum artifex; sed ex secundo culpatur homo, in quantum homo. Sed in moralibus, ubi attenditur ordo rationis ad finem communem humanae vitaes, semper peccatum, & malum attenditur per deviationem ab ordine rationis ad finem communem humanae vitaes; & ideo culpatur ex tali peccato homo & in quantum est homo, & in quantum moralis est. Vnde Philosophus dicit in 6. Ethic. * qd in arte uolens peccans est eligibilior, circa prudentialia autem minus: sicut & in uirtutibus moralibus, quarum prudentialia est directiva.

AD TERTIVM dicendum, quod illa infirmitas, quae est in malis uoluntatis, subiacet potestati hominis: & ideo nectollit, nec diminuit rationem culpe-

Cap. 5. circa finem, rō
mo 5.

2. dif. 4. art.
5. Et 4. dif.
16. q. 3. art.
1. q. 3. ad pē
mū. Et māl.
q. 2. art. 3. ad
tercium.

**¶ Super. Quæstio. 21.
Art. tertium.**

ARTICVLVS III.

Vtrum actus humanus in quantum est bonus, uel malus, habeat rationem meriti, uel demeriti.

A D TERTIVM sic proceditur. Videatur, qd actus humanus non habeat rationem meriti, & demeriti propter suam bonditatem, uel malitiam. Meritū n. & demeritum dicitur per ordinem ad retributionem, quæ locum solum habet in his, quæ ad alterum sunt: sed non omnes actus humani boni, uel malitii sunt ad alterum, sed quidam sunt ad seipsum. ergo non omnis actus humanus bonus, uel malus, habet rationem meriti, uel demeriti, sed existentis in statu gratiae. Primo uero modo non omnis actus humanus est meritorius, uel demeritorius, sed existentis in statu gratiae. Primo uero modo non omnis actus humanus est meritorius, uel demeritorius: & ut præseruare se aucto, addidit, quantum est ex ipsa ratione actus. Et hoc intellige loquendo de merito vitaæ aeternæ, seu simpliciter apud Deum. Latissime, n. loquendo de merito, omnis actus bonus retributione, & malus punitione explicetur. Et quoniam difficultas illa, an omnis actus existens in gratia sit meritorius, uel demeritorius respectu uitaæ aeternæ, ex precepto charitatis penderit: & inferius de his erit sermo in quæstionem: idcirco illic usque differantur solvenda argumenta Scotti in quolibet, quæstio. 3. Dicite iusti, quoniam bene: quoniam fructum adiuventionum suarum comedet. Vx impi in malum: retributione enim manuum eius ficit ei.

R E S P O N S U M . Dicendum, qd meritum, & demeritum dicuntur in ordine ad retributionem, quæ fit secundum iustitiam. Retributio autem secundum iustitiam fit alicui ex eo, quod agit in profectum, vel nocum etum alterius. Est autem considerandum, qd unusquisque in aliqua societate uiuens, est aliquo modo pars, & membrum totius societatis. Quicunque ergo agit

ARTIC. III. ET III.

F aliquid in bonum, uel malum alicuius in societate existentis, hoc redundat in totam societatem: sicut qui laedit manum, per consequens laedit hominem. Cum ergo aliquis agit in bonu, uel malum alterius singularis personæ, cadit ibi duplicitate ratio meriti, uel demeriti. Vno modo, secundum quod debetur ei retributio a singulari persona, quæ iuuat, uel offendit. Alio modo secundum quod debetur ei retributio a toto collegio. Quando uero aliquis ordinat actu suum directe in bonu, uel malum totius collegii, debetur ei retributio, primo quidem, & principiter a toto collegio: secundarij uero ab omnibus collegij partibus. Cu vero aliquis agit quod in bonum propriu, uel malu uergit, et debetur ei retributio, in quantum est hoc uergit in cõsideratione ipsum quod ipse est pars collegij: licet non debetur ei retributio, in quantum est bonum, uel malu singularis persona, quæ est ead agenti, nisi forte a scipio l'm quandam similitudinem, prout est iustitia hominis ad seipsum. Sic igitur patet, qd actus bonus, uel malus habet rationem laudabilis, uel culpabilis l'm quod est in potestate uoluntatis: rationem uero retributionis, & peccati l'm ordinem ad finem: rationem uero meriti, & demeriti secundum retributionem iustitiae ad alterum.

A D PRIMVM ergo dicendum, quod quandoque actus hominis boni, uel mali, et si non ordinantur ad bonum, uel malum alterius singularis persona: tamen ordinantur ad bonum, uel ad malum alterius, quod est ipsa communitas.

A D SECUNDVM dicendum, qd homo, qui habet dominium sui actus, ipse est in quantum est alterius, scilicet communis, cuius est pars, meretur aliud, uel demeretur, in quantum actus suos bene, uel male disponit: sicut etiam si alia sua, de quibus communiter seruire debet, bene, uel male dispensat.

A D TERTIVM dicendum, quod hoc ipsum bonum, uel malum quod aliquis sibi facit per suum actum, redundat in communitatem, ut dictu est. *

ARTICVLVS IIII.

Vtrum actus humanus in quantum est bonus, uel malus, habeat rationem meriti, uel demeriti apud Deum.

A D QVARTVM sic proceditur. Videatur, qd actus hominis bonus, uel malus, non habeat rationem meriti, uel demeriti per comparationem ad Deum: quia, ut dictu est, * meritum & demeritum importat ordinem ad recompensationem profectus, uel danni ad alterum illati: fed bonus actus hominis, uel malus non cedit in aliquo profectum, uel damnum ipsius Dei. dicitur enim Iob. 35. Si peccaveris, quid ei nocebis? porro si iuste egerris, quid donabis ei? ergo actus hominis bonus, uel malus non habet rationem meriti, uel demeriti apud Deum.

¶ 2 Præt. Instrumentum nihil meretur, uel demeretur apud eum qui utitur in isto, quia tota actio instrumenti est utentis ipso: fed homo in agendo est instrumentum diuinæ virtutis principaliter ipsum mouetis: vnde dicitur Isa. 10. Numquid glorabitur securis contra eum qui fecerit in ea? aut exaltabitur ferra contra eum a quo trahitur? ubi manifeste hominem agentem comparat instrumento. ergo homo bene agendo, uel male non meretur, uel demeretur apud Deum.

¶ 3 Præt. Actus humanus habet rationem meriti, uel demeriti, in quantum ordinatur ad alterum: sed non ois actus humanus ordinatur ad Deum. ergo non ois actus boni, uel mali habent rationem meriti, uel demeriti apud Deum.

S E D C O N T R A est, quod dicitur Eccl. vi. Cū

¶ 4. 10. 11.

¶ 5. 10. 11.